

Pars.

.III.

Fo.

.XXII.

Statuta cum sacerdotibus meis in qualibet ecclesia infringam. quia mihi iniuriam facio: si fratrum meorum iura perturbabo. sed cum responsales vestri aduenerint. que inter vos a prefatum Honoratū archidiaconum sunt gesta cognosco: et ex ipso meo examine pendetis. quia si pars vestra per iusticiā fulta est: nihil aduersi a me perferitis: sicut nec ante pertulisti. Sin vero sepe fatis Honorato archidiacono in assertionem sua iusticia suffragatur: eius absolutionem monstrabo. quia personas etiam quas noui in iudicio non agnosco. De excommunicationis vero articulo. quod tamen inposita conditione gradū secundo vel tercio. iam (ut ita dicam) sub iunctum est. ex necessitate: beatitudo vestra immerite queritur. cum Paulus apostolus dicat. in promptu habentes: vltimi omnem inobedientiam. Sed ista iam transeat: ad nostra redeamus. Si enim recte agitur: ego domino Natali non possum continendus non esse: cuius affectū me valde detitorem noui

Gregorius Maximiano Siracano episcopo. .xxxix.

Mocis munitis ecclesia constituta: a pastozis vacare non debet officio. Quia igitur ecclesia Lybaritana: sacerdotē priuata dinoscitur. ideo Paulinū tauritanensis ecclesie episcopum. illic in predicta ecclesia Lybaritana fraternitas tua: siue mora preesse constituat: ut officij sui administrationem: in eadem ecclesia vigilanter exhibeat: et queque eius utilitatibus conuenire didicerit: ordinare non desinat. cunctumque clerum ut in omnino canonicē ei obedire debeat admonere. quatinus prefate ecclesie ut cunctis utilitas predicto fratre et coepiscopo nostro disponente: christo adiuuante valeat procurari. Data. ij. Kal. martij. Inditione. x.

Gregorius dominico episcopo. xl.

Delata ad nos seruis per Donatū atque Quocyploem: reuerentissimos fratres: et coepiscopos nostros. necnon Victorē diaconem. vel Agilium notariū vestre fraternitatis epistolā summā cum gratulatione suscepimus. In quarum etiam nos sustinuisse dispendium: de tarditate putauimus: tamen de verborū repetimus caritate compendium. ut dilatione temporis. non interrupta videatur: sed nutrita dilectio. quā miserante domino contemplatione sacerdotij: lectionis vsu: etiamque in vobis

cognoscimus iam maturitate fundata. Nō enim tam large de te fluere. si in tuis plurimas venas mentibus atque vberibus non haberet. hanc ergo matrem custodemque vitutum: frater sanctissime inconcussa stabilitate teneamus. Nulle ergo in nobis eam subdolorum lingue imminuant mille antiqui hostis insidie corumpunt humilia sine timore surrigit. Nec directa sine deiectione submittur: per hanc vniuersalis ecclesie vnitas: que est compago corporis christi exequatione mentis gaudet in singulis cum ei diuersitas in diuersitate membrorum: per hanc eadem membra et alieno gaudio in suis afflictā exiliunt: et alienis meroribus etiā in suis lecta contabescunt. Et este enim magistro gentium. dum siquod patitur vnum membrū compatiuntur omnia membra: et si gloria vnum membra: congaudent omnia membra. Vos non ambigo de nra perturbatione ingerere: cum nos omnino certum sit de vestra gaudere: pace gaudere. Quod vero ordinatiōi nostre: fraternitas vestra congaudet affectum mihi integerrime caritatis exhibet. sed ex consideratione huius ordinis: mentem meam fateor: vis doloris transuberat. Grate namque est pondus sacerdotij. Prius quippe sacerdoti necesse est: ut ceteris ad exemplum viuat. ac deinde seruandum: ut mentem per extensa exempla nō eleuet deprecatiōis semper ministerio cogitet: intēssimo timore cōsiderans. quod recessurus ad percipiendum regnum dominus: et talenta seruis tribuens. dicat. Negociamini dum venio. Quod profecto negocium tunc vere agimus: si viuendo et loquendo proximorum animas luceamus. si infirmos quosque celestis regni gaudia predicando: in superno amore corroboramus. Si per teruos ac tumidos gehenne supplicia terribiliter in sonando fleuimus. si nulli contra veritatem parcimus. si superius amicis detestati: humanas inimicitias non timemus. Quid nimirum exhibens: quasi quoddam se sacrificium obtulisse deo Psalmita nouerat: cū diceret. Nonne qui te oderant: deus oderam et super inimicos tuos tabescam? Profecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi. Sed ad hoc ego pondus mee infirmitatis ex pauesco: et quod accepto regno: paternitas reuertat: rationem nobiscū positurus aspicio. Sed quā eum mente sustineo: cui de suscepto negotio animarum luctum. aut nullum: aut pene nullum: reporto. Tuā ergo frater carissime deoratione me adiuua: ut que de me formidare: me aspicias in temetipso quotidie timore: proinde sollicitudinis pensa. Per caritatis quippe compagem: et tua sunt que de me eloquor: et mea que te agere concupisco. De ecclesiasticis vero priuilegiis: quod